Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Et percussit omne primogenitum in terra egypti non solum hominem sed etiam omne iumentorum primogenita primicias omnis laboris eorum et ordei et pisa et similia que cum maturescunt in tabernaculis egyptiorum descendencia de cham

Propheta nunc ondit quomodo deus eduxit iudeos de egipto et induxit in terram promissionis et ipsi iterum ingrati offenderunt deum sic dicens Et eduxit de egipto populum suum israel diligenter custodiendo sicut pastor oves suas et deduxit eum tanquam gregem in deserto quod erat inter mare et egiptum

Et eduxit eos per desertum in spe veniendi in terram promissionis et non timuerunt cum inimicos eorum operuit mare

Et induxit eos in terram promissionis que dicitur sanctificata terra propter ihesum in qua edificatum erat templum in monte moria/quem montem non gladius eorum acquisiuit sed dextera .i. potencia eius

Hoc modo acquisiuit quia eiecit a presencia eorum gentes chananeas que prius terram illam obtinebant et alios ibi habitantes et sorte diuisit singulis tribubus terram promissionis equali mensura/Antiquitus emm tenso funiculo terram diuidebant

Et habitare fecit in domibus illis ciuitatibus et castris a gentilibus edificatis/tribus israhel/

De ingratitudine iudeorum et eorum querimonia et quid eis irato domino contingerit/propheta exponit dicens

Et istis beneficiis non obstantibus temptauerunt deum diffidentes de diuina virtute et exacerbauerunt deum excelsum puorantes ad iram et precepta eius non custodierunt

Et auertunt se scientes ab eo et non seruauerunt patres .i. legem quam pepigerant obseruare quemadmodum pres eorum qui adorauerunt vitulum et inuiplicater offenderunt in deserto conuersi sunt in arcum prauum/arcus prauus dicitur malicia pectorum que non eminus patitur sed in lege se magis spiritula directa conuertit